





Jesu, haberet votum ingrediendi, aliam religionem, id votum non suspenditur per vota benei...

CAPUT VI.

De voto solemnii castitatis.

SUMMARIUM.

Quo iure sit continentia ordinibus sacris annexa? An hoc obligatio confurgat ex voto ordinis annexo...

De hoc latissime egimus lib. 7. de matrim. disp. 27. Quare summam tibi late disputata...

Secunda conclusio. Quamvis non conset, an hac obligatio sit ex vero voto ordinibus sacris annexo...

get; aliquid enim, quos retulimus lib. 7. de matrim. disp. 27. num. 9. dicunt hoc folo posteriori modo teneri clericos...

Tertia conclusio. Quamvis sacris initiati teneantur ex voto, & ex Ecclesie constitutione continere, non subinde dicendum est eos duplici speciali obligatione...

Quarta conclusio. Quamvis sub iudice fit, an id votum sit essentialiter, & simpliciter solemne, quibusdam dicentibus esse tantum per accidens...

Quid autem dicendum sit, si sacris initiatus ignoravit votum ordinibus annexi, aut voluerit tempore ignorans...

Similiter diximus lib. 4. cap. 3. num. 18. ordinem metu viri constantis assumptum non obligare ad castitatem...

Quinta conclusio. Quamvis quidam sentiant ordinatum sacris ante rationis usum, teneri continere: alii vero dubitent an validum matrimonium inire valeat...

Ultima conclusio. Verus etiam est contra duos sententias, quos retulimus antea lib. 3. num. 6. & 7. ordinatum post usum rationis, ante pubertatem tamen, non teneri continere...

SUMMARIUM.

Ad quid obligat solemne castitatis votum, & an sit circumstantia necessario servanda, sive id sit professio, sive ordinis sacri...

Quid si id peccatum sit veniale in specie luxuria, & mortale ratio.

ratione scandalii, an sit gravis violatio voti, & comprehendatur in reservatione peccati contra votum? n. 10. Explicatur sententia auctoris? num. 11.

Solemne castitatis votum in religiosorum professione incolumis, sed omnia illi communia sunt cum altero castitatis voto, de quo locuti sumus...

Dubitat aliquis, an si actus fit venialis contra castitatem, at ratione circumstantiarum extrinsecarum, ut scandalii, sit mortalis, peccatum hoc centeri debeat mortale...

Sed dicendum est, id peccatum in religioso dante scandalum non esse mortale contra suum castitatis votum, sed solum veniale, & ex hoc solum sacrilegii venialis circumstantiam continere...

Quod si petas, quando accidat culpa lethalis contra castitatem, at ratione circumstantiarum extrinsecarum, ut scandalii, sit mortalis, peccatum hoc centeri debeat mortale...

statem in actibus, aspectibus, & aliis Veneris. Hoc pertinet ad sextum preceptum, quod unum tamen advertere volo, sententiam quam lib. 8. de matrim. disp. 46. n. 7. dixi esse veniosam...

Delectatio autem hec Venerea tunc accidit, ut alii relatis dixi in disp. 46. lib. 9. num. 5. quando sentitur in carne cum commotione spirituum generationis delirium...

Circa posteriorem difficultatem, nempe, an sit necessarium exprimere circumstantiam voti solemnis in confessione, an satis sit votum in genere explicare...

EXPLICIT LIBER V. DE VOTO SOLEMNI in communi, & de solemnii castitatis.